ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 141r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Et quecumque cibum digitis libauerit illa
Tu pete dumque potas sit tibi tacta manus
Sint et tua vota viro placuisse puelle
Vtilior nobis factus amicus erit
Huic si forte bibes sorte concede priorem
Huic detur capiti missa corona tuo
Sed erit inferior seu par prior omnia sumat
Nec dubites illi verba secunda loqui
Tuta frequensque via est per amici falle nomen
Tuta frequensque licet fit via crimen habent
Inde propinator nimium quoque multa propinet
Et sibi mandatis plura videndi putet
Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi
Officium prestent mensque prodestque suum
Iurgia precipue vino stimulante caueto
Et nimium faciles adfera bella manus